Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

bulatio proxima est ⁊ non est qui
adiuuet. Circumdederunt me
uituli multi tauri pingues obsede
runt me. Aperuerunt super me os
suum sicut leo rapiens ⁊ rugiens.
Sicut aqua effusus sum ⁊ dispersa
sunt omnia ossa mea. Factum
est cor meum tamquam cera liquescens
in medio uentris mei. Arruit tan
quam testa uirtus mea ⁊ lingua me
adhesit faucibus meis ⁊ in puluere
mortis deduxisti me. Quoniam cir
cumdederunt me canes multi consi
lium malignantium obsedit me.
Fodierunt manus meas ⁊ pedes
meos. Dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi uero considerauerunt me ⁊ inspe
xerunt me diuiserunt sibi uestimen
ta mea ⁊ super uestem meam miserun
sortem. Tu autem domine ne e
longes auxilium tuum a me ad de
fensionem meam conspice. Eru
ge a framea deus animam meam. et
de manu canis unicam meam. Sa
luua me ex ore leonis ⁊ a cornibus
unicornium humilitatem meam. Nar
rabo nomen tuum fratribus meis
in medio ecclie laudabo te. Qui ti
metis dominum laudate eum. Universe
men iacob glorificate eum. Time
at eum omne semen israel quoniam
non spreuit neque despexit deprecatio
nem pauperis. Nec auertit faciem
suam a me ⁊ cum clamarem ad eum
exaudiuit me. Apud te laus
mea in ecclia magna. uota mea re
dam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes ⁊ saturabi
untur ⁊ laudabunt dominum qui requi
runt eum ⁊ uiuent corda eorum
in seculum seculi. Recordabuntur
et conuertentur ad dominum uniuersi fines
terre. Et adorabunt eum in con
spectu eius uniuerse familie gentium.
Quoniam domini est regnum ⁊ ipse
dominabitur gentium. Manducaue
runt ⁊ adorauerunt omnes pingues
terre. In conspectu eius cadent
omnes qui descendunt in terram.
Et anima mea illi uiuet ⁊ semen
eorum seruiet ipsi. Annunciabitur
domino generatio ueniens ⁊ annun
ciabunt celi iusticiam eius populo qui
nascetur quem fecit dominus.
Dominus
regit me ⁊ nichil mihi de
erit in loco pascue ibi me collocaui
t. Super aquam refectionis edu
cauit me animam meam conuer
tit. Et deduxit me super semitas iusti
cie propter nomen suum. Nam ⁊
si ambulauero in medio umbre mor
tis non timebo mala quoniam tu
mecum es. Parasti in conspect
u meo mensam aduersus eos
qui tribulant me. Impinguasti
caput meum oleo ⁊ calix meus
inebrians quam preclarus es.
Et misericordia tua subsequetur me
omnibus diebus uite mee. Et
habitabo in domo domini in longi
Domini est terra
tudinem dierum
et plenitudo eius orbis terrarum